Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1697
Quelle:
Copyright:

ve referri debeant, ignoro. 1.) In illud: *Induite nouum hominem.* Init: *Cogitanti michi ex animo, quis et qualis ego sum* &c. 2.) In illud: *Beati pauperes spiritu* &c. Init: *Venerabiles patres magistri et domini. Cristus altissimus dominus super omnem terram* &c. 3.) In illud: *Vos estis sal terre* &c. Addit Rubrica: *Sermo M. Jaco. de Misa*, et tamen edit. *suprac.* T. II. p. 70. inter *Hussianos* accensetur. Init: *In festiuitatis hodierne officio verba saluatoris nostri* &c. 4.) In illud: *Spiritum nolite extinguere.* Init: *Quia nisi sit intus, qui doceat* &c. et habetur edit. *cit.* T. II. p. 66. 5.) In illud: *Accipiebant spiritum sanctum.* Init: *Nisi que esset diuersitas spirituum* &c. *Cod.* CCCCIV. tribuitur *Jacobello.* 6.) In illud: *Dominum deum tuum adorabis.* Init: *V. P. M. et domini amonentur in hijs verbis diuini precepti* &c. 7.) In illud: *Ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix* &c. Init: *Cogitante me quid liceret et expediret loqui* &c. *Codd.* CCCCIV. et alibi adscriptus *Jacobello.* 8.) In illud: *Hec omnia tibi dabo si cadens* &c. Init: *In Exordio huius sermonis antequam ad dicenda procedatur* &c. In *Cod.* posterius *cit.* item *Jacobello* datus. 9.) In illud: *Dilexerunt homines magis tenebras* &c. Init: *Honorabiles P. M. et domini. Illa que sunt dicenda in sermonibus* &c. ut alias. 10.) In illud: *Videns Jesus Ciuitatem fleuit* &c. Init: *V. P. M. et domini. benignissimus ac summe sapiens dominus ihesus* &c. 11.) In illud: *Lex propter transgressores posita est.* Praescribitur: *Sermo Magistri Petri de Stupna pie memorie.* Init: *Gratia domini nostri* &c. *Cum in medio magistrorum me intueor* &c. De Autore nil reperio adnotatum. 12.) In illud: *Vos estis sal terre* &c. *Saluator noster ad ostendendum officium sacerdotale* &c. Laudabilis sane mos ad collectos Academicos de rebus sacris disserendi, modo absit acerbitas, qua sibi non satis temperarunt quidam nostri hic Αναγνωσται.

IX. *fol.* 145. p. 2. Quaestiones III. ventilatae. Prior: *Vtrum humanitas Christi cultu latrie sit adoranda.* Concluditur: Supreme post Deum adorandam esse, sed non ex se. Altera: *Vtrum aliquid lege diuina prohibitum possit in aliquo casu homini esse licitum.* Concluditur negando. Atque haec jam pluries relata ad calcem habet: *Finitur Determinatio Magistri Jacobelli quod prostibularie et publicani sunt destruendi.* Tertia: *Vtrum in transsubstantiatione panis in corpus christi incipiat esse corpus christi.* Iterum negando concluditur.

X. *fol.* 149. p. 2. ἀνεπιγραφως *Job. Hussi* Defensio Libri *Wiclefiani de Trinitate*, cujus initium: *Tres sunt, qui testimonium dant* &c. ut edit. *suprac.* T. I. p. 131. ubi anno 1410. adsignatur.

XI. *fol.* 153. p. 2. *Vtrum possit summus princeps in executione sui mandati a minore princi-*

pe